

De figuris lapidum, &c.

laria nomina : sed vel ex coloribus qui eis insident, vel ex regionibus in quibus nascuntur, nominantur. De Alabastrite, quod nomen suum seruat in plerisque linguis, Latina, Græca, Germanica, alijs, (sicut & ipsum commune Marmoris nomen) non nihil diximus supra : item de Basalte. Marmor in metallis repertum Agricola *Spat* interpretatur. Aedificijs etiam alij lapides, saxa, calx & arena necessaria sunt: de quorum singulis multa Vitruuius, & Plinius. Gemmæ etiam ad eam aliquando magnitudinem perueniunt, vt pro saxis aut marmoribus ferè, ædibus sacris præcipuè ornandis accedant. Harum enim parietes Iaspide incrustatas vidit Erasmus Stella. Iaspide (inquit idem) multum nobilitatur nostra Cygnea Tubantinorum, vbi tanta copia eruitur, vt ædificijs publicis (rudi tamen forma) à veteribus sit inclusa. Et rursus: Iuba author est Smaragdum, quã Cholam
lam